

Band VI., Nr. 1833, Seite 228-229

Graf Rudolf von Montfort leistet seinem Schwiegervater dem Grafen Hartmann von Grüningen das eidliche Versprechen, ihn in der Hälfte seiner Güter im Alpgau niemals zu beunruhigen, noch mit dem Schenken Heinrich von Schmalegg darüber ohne seine Einwilligung irgend etwas zu schaffen zu haben.

Ohne Ortsangabe, 1265. September 18.

Ego Rūdolfus comes de Monteforti notum fieri cupio singulis et universis presencium inspectoribus, quod ego iuravi comiti Hartmanno de Grüningen socero meo et obligavi me per dictum iuramentum fide media per presentes, ut ipsum in dimidia parte bonorum suorum sitorum in dem Albegö nunquam perturbare teneor nec aliquo modo inpedire, set bona fide eum omni studio et quantocumque fidelius potero absque dolo debeo promovere. Insuper promisi per ipsum iuramentum fideliter absque omni fraude et exceptione doli, me super dictis bonis nunquam aliquod placitum vel negocium cum H. pincerna de Smalnecke habiturum, nisi hoc fiat per bonum consensum et voluntatem antedicti soceri mei, si voluerit interesse eodem placito mecum, sin autem noluerit interesse vel quod eum forte in dicto placito habere non potero, qualicumque tunc modo ego cum dicto pincerna me necessitate cogente legitima super dictis bonis placitavero, sic videlicet sive ego predictis bonis dem pecuniam vel recipiam, sic dictus socer meus manebit mecum in equali porcione id est in dimidia parte pecunie vel in aliis quibuscumque rebus, si voluerit. Sin autem hoc noluerit, tunc dictus socer meus stabit in pristino statu et in eodem iure dictorum bonorum omnium sicut et prius. Et ut hec promissio et iuramentum fideliter observata per me permaneant atque firma, ego dictus Rūdolfus comes posui et obligavi fideiussorem sepefato socero meo videlicet V̄lricum fratrem meum cum aliis fideiussoribus, qui dictus V̄l. fideiussionem suam eciam iuravit per se fideliter observandam. In cuius rei et facti testimonium mei sigilli munimine et sigilli fratris mei V̄lrici ego prescriptus R. comes feci presentem cedulam roborari.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LX^oV^o., XIII^o. kalendas Octobris.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Nur noch vom zweiten, runden Siegel, demjenigen des Grafen Ulrich von Montfort, hängt ein Bruchstück an (IV. A. 2.): In einem Schild die pfalzgräffliche Kirchenfahne, von der Umschrift erhalten: . . . CI . COMITIS . DE .

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 179 U 1

Regesten:

Vanotti: Geschichte Montfort/Werdenberg, S. 52, 474. Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 450.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Grünigen Wohnplatz (17484)
 Grünigen, Riedlingen, BC
 Montfort, Götzis, Vorarlberg, Österreich
 Schmalegg : Ravensburg
RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)